sa fetor immunde inquit fa. Auctor iehenne
Ego agna xpi ego domestica eius. ego
ancilla et sponsa eius sum cuius nomen est
benedictum in secula seculorum. Et cum hoc diceret subito
refulsit lumen in carcere et crux que vide
batur usque in celum et columba sedebat super
crucem et dicebat ei. beata es margareta.
te expectant porte paradisi. nunc age gratias
deo. beata margareta conversa dixit. Dyabole
unde es tu? et unde natio tua? Cui ille
ait. deprecor te sancta margareta famula
xpi. Alleva pedem tuum de cervice meo. ut
repausem modicum et narrabo tibi omnia opera
mea. Sancta puella sublevabat calcaneum
suum de cervice eius et statim demon dixit. bel
cius michi nomen est. sic postea beelzebub cogno
men accepi. Ego sum qui multorum iustorum
labores deglutivi in ventrem meum et contra
omnes pugno et nullus potuit me vincere
Tu oculum meum eruisti. cervicem meum confregisti
rufonem occidisti et quia nunc video xpm in
te manentem facias quod vis. Antequam xpc in te
maneret. tenera eras et caro et totum corpus
tuum extinctum erat. nunc quia cepisti celes
tem possessionem. aliam formam in te video. vnde
in te aurei pedes demonstrantur et signum est
ostenditur per quod in te iusticie fructus manifes
tatur. suavitate et gratia plena demonstraris.
facies tua candida sicut nix et digiti
tui signati sunt signaculo xpi. cum ipso me vici
sti. per ipsum rufonem occidisti. per quem me alli
gasti. per cuius sigillum colligasti me et mul
torum labores abstuli et deglutivi in ventrem
meum. Ego sum qui pugno cum iustis. incendo
renes eorum et obceco oculos eorum. obscuro
sensus eorum et facio eos oblivisci omnem
celestem sapientiam. Et cum dormierint homines
venio et excito eos a sompno et vado
super domos aliorum et quos non possum movere
a sompno facio eos peccare in sompno et ar
te mea multos decipio. Nemo de manu
mea evadit. cum omnibus pugno omnes consilio
de illusione in quibus peccent homines. quos frigidos et
sine vexillo crucis invenio. Sed qui tibi

silens sit ab hiis confusus et victus discedo
quemadmodum a te facio. O beata margareta supera
ta sum et quid faciam ignoro. Arma mea con
fusa sunt. et si vir me vicisset non curassem
ecce a tenera puella superatus sum. unde doleo
quia pater tuus et mater tua michi fuerunt socii sed
tu adversus genus tuum surrexisti. O mira
filia superavit patrem et totam generationem eius
sed xpm secuta ligat demones dyabolum
fugat aliquos occidit. vere nostra virtus
nichil est dum a pura puella possumus supera
ri. Sancta margareta respondit. O maligne
genus inenarrabile. Quis te genuit? quis
tibi precepit in sanctam insidiari? Cui demon. Vnde
membra tua moventia in te? unde fides tua? vel
quomodo ingressus est xpc in te? dic michi et omnia
a te dicam que operatus sum. Sancta margareta
respondit. Non est tibi dicam quia indignus es vocem
meam audire. Gratia dei sum id quod sum. Demon
dixit. Sathanas rex noster est qui eiectus
est de paradiso. In libris iamne et mambre
invenies genus nostrum. scrutare et unde scio
audeo tibi loqui. video xpm circa te ambu
lantem et contremisco. Jam vires nostre non sunt
sic tamen sed cum ventis ambulamus. O ag
na xpi peto relaxa modicum ut scias loqui
tibi. Cui dixit. ecce annuntio tibi omnia. Adiu
ro te virgo per deum vivum et per xpm filium eius
in quem credis ne me plenius in ima detru
das sed liga me magis in manu tua ut non
pugnem cum iustis nostro adversum te. Salomon
in vita sua conclusit nos vno vase. post
mortem eius in eodem vase ignem mittebant.
Babilonii non hoc scientes fregerunt
vas putantes aurum invenire et argentum.
Nos autem sic relaxati implevimus orbem terre
Sancta margareta respondit. Demon miser obmu
tesce. ex hoc non audiam verbum de ore tuo
et consignata virgo eum in angulo carceris
retrusit. Statim per iussum virginis ibidem terra
eum deglutivit. Altera die prefectus iussit beatam
margaretam adduci ad tribunal. Que cum
exiret de carcere consignavit se signaculo crucis. Et
certe civitates venerunt videre quid patiebatur